Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 575
Quelle:
Copyright:

VIII. *fol.* 58. *Incipit ad Clerum de Deprecando Deo pro Peccatis Nostris. Cyprianus Presbyterorum et Diaconorum Fratribus Salutem.* Initium: *Quamquam sciam fratres carissimi pro timore* &c. Integra, ut in edit. *col.* 39. *n.* VII. praeter ultimam salutationis formulam. Titulus in edit. solum *de precando Deo.*

IX. *fol.* 60. *Incipit ad Clerum et Plebem de Aurelio Confessore Lectore Ordinato. Cyprianus Presbyterorum et Diaconorum. Item Plebi Uniuersae Salutem.* Initium: *In ordinationibus clericis fratres carissimi solemus* &c. Integra, ut in edit. *col.* 105. *n.* XXXIII.

X. *fol.* 60. p. 2. *Incipit ad Clerum et Plebem de Celerino Confessore Lectore ordinato. Cyprianus Presbyteris et Diaconibus et Plebi Uniuersae Fratribus salutem.* Initium: *Agnoscenda et amplectenda sunt fratres dilectissimi beneficia* &c. Integra, ut in edit. *col.* 107. *n.* XXXIV.

XI. *fol.* 62. *Incipit ad Cornelium de Confessione ejus. Cyprianus Cornelio Fratri Salutem.* Initium: *Cognouimus Frater carissime fidei ac uirtutis uestrae* &c. Integra praeter ultimam salutandi formulam, ut in edit. *col.* 203. *n.* LVII. ubi in titulo additum: *in exsilio.*

XII. *fol.* 62. p. 2. *Incipit ad Martyras et Confessores in Metallo Constitutos. Cyprianus nemesiano felici lucio alteri felici littaeo poliano uictori iaderi datiuo coepiscopis item conpresbyteris et diaconibus et ceteris fratribus in metallo* (effodiendo) *constitutis martyribus dei patris omnipotentis et ihesu christi domini nostri et dei consaluatoris nostri aeternam salutem.* Initium: *Gloria quidem uestra poscebat* &c. Integra, ut in edit. *col.* 327. *n.* LXXVII.

XIII. *fol.* 65. p. 2. charact. unciali: *Incipit ad Juvaianum De Heriticis Baptizandis Epistulas* (sic) *Numero Tres.* Initium: *Cyprianus iubaiano fratri salutem. Scripsisti mihi frater karissime desiderans significari tibi* &c. Integra, ut in edit. *col.* 277. *n.* LXXIII. Est haec unica indubitata *ad Juvaianum Cypriani* Epistola. Cum vero in titulo *Tres* numerentur, videndum de reliquis. Epistola in edit. *n.* LXX. ut ut in Textu *Januarium* praeferat, in Cod. tamen Thuano *ad Jubajanum liber secundus,* et in alio Cod. *ad Jubajanum epistola tertia* dicitur. Vide *Notam* 1. *col.* 269. Haec itaque esset altera. Tertiam desiderari fortasse opinantur Editores in *Nota* 2. ad Epist. LXXIII. *col.* 287. Quid vero, si ea intelligeretur sub Epistola *ad Quintum*, quae in edit. est *n.* LXXI. et pariter *de Haereticis baptizandis* tractat? De hac enim Epistola *Cyprianus* in nostra *ad Jubajanum* scribit: *exemplum earumdem litterarum tibi misi — quid — Quinto collegae nostro de eadem re quaerenti rescripserim.* Conjecturam hanc alia fulcit; sequitur enim in *Codice* nostro

XIV. *fol.* 72. *Incipit ad Quintum. Cyprianus Quinto fratri salutem.*